

## Sermo

em est beatitudo nisi bonorum omnium plenitudo. sic enim diffinita est a Richardo. et Boetius dicit. quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Felix igitur est illa cena ubi non apponunt convivibus in cibum carnes porcorum. non spine piscium marinarum. non aliquid transumptum bonorum. sed ipsum illabitur bonum summum. Illa igitur cena beata erit nobilissima pulcherrima dignitate. quod reges erunt universi convivere. Item erit amplissima bonorum omnium ubertate. Item erit delectabilissima ministrantis sublimitate. Unde de domino salvatore dicitur in Luca. quod transiens mihi. Quomodo possent pati defectum quibus sermet summum bonum. propter hoc bene dictum est. Ego ostendam tibi omne bonum. id est perfectum et summum bonum perfectum enim est ut philosopho docet. cui nihil penitus addi potest. et ideo nihil est quidquid de illa beatitudine dici valet quod in infinitum omne eloquium excedens. propter hoc apostolus dicit. Nec oculi viderunt nec aures audivit nec in cor hominis accessit. quod preparavit deus his qui diligunt eum.

**¶ Quinta cena** est supplicij infernalis. ex his superiori contraria. quod sicut ibi apponunt omnia bona sic e contra hic omnia mala. Ibi conviventes sunt omnes reges. hic conviventes sunt omnes carnifices. ibi ministrat christus. hic dyabellus ibi sanctis datur in cibum ut iam dictum est omne bonum. hic peccatores miseri serpentibus dantur ad devorandum. Unde apoc. xix. Clamavit angelus voce magna Venite congregamini ad cenam agni dei ut manducetis carnes regum. carnes tribunorum et fortium. loquitur. Quibus id est demonibus in aere commorantibus. **Berth.** Sunt ibi tortores serpentibus horridiores. Deformes nigri. sed non ad verbera pigri. Et notanter hec cena dicitur magna. quod multi commensales in ea. et dicitur etiam magna quia multa et varia fercula. scilicet tormentorum genera. ubi flama universa exurens. ubi frigus cuncta invadens. ubi acuta febris universa depalescens. ubi vermis omnia intus et ex

tra corrodens. ubi lepra inficiens. sulphur horribiliter fetens. ubi ventus vres universa concutiens. ubi grando cuncta corrumpens. **¶ Signis gratia.** nix gloria. spiritus paradisi. psalms calicis eorum. pars ideo dicitur. quia se non posse exprimere totam illam penam ostendit quod omne dictum excedit. Qui ergo vult hanc cenam effugere. studeat de prima cena pauperes pascere. secundam vitare. terciam querere ut tandem ad quartam que est gloria valeat pervenire. **¶ Pro donato** qui dignatus est nos ad cenam vocare. Amen.

**¶ In eadem dominica sermo. lxxxv.**

**¶ Jam parata sunt** omnia. **Luce. xiiij.** Si fratres amantissimi dei. si dilecti filij christi ad cenam dominicam invitati. si constat omnia iam esse parata. quid negligitis. quid moras facitis. quid diutius expectatis et ad cenam hanc non venitis. Nonne qui erant invitati sunt ab ipsa cena exclusi. quod negligentia victi et peccatis detenti. venire hora debita noluerunt. sic enim iurat dominus **Luce. xiiij.** Amen dico vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabunt cenam meam. Non sit ergo ex parte vestra negligentia sed audite thema. **¶ Jam parata sunt omnia.** In hoc enim verbo describitur ipsa cena quantum ad tria. scilicet quantum ad preparationem per ambulam. quantum ad ordinis cooperationem. et quantum ad bonorum opulentiam. **¶ Preparatio** per ambulam est opus divine providentie cuius est omnia providere. **¶ Competentia** ordinis est opus summe sapientie. cuius est omnia ordinare. **¶ Bonorum opulentia** est opus sublimis potentie cuius est imperia universa perducere. **¶ Dico** quod describitur preparatio per ambulam quoniam dicitur. **¶ Jam. q. d.** non potestis excusari. quia prius ipse paravit sicut litis vocati. secundo additur ordinis cooperationem cum infertur. **¶ Parata sunt.** **¶ Quid enim est** preparare nisi mensas exponere. et ministros cum ferculis adornare. **¶ Tercio** subditur bonorum omnium opulentia cum statim adiungit. **¶ Omnia. q.**